



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Magna Gloria Antiquæ & Novissimæ Domus  
Schwarzacensis A Magno Sacerdotio Sive Vita & Res  
Præclare Gestæ ... DD. Abbatum Celeberrimi &  
Antiquissimi Monasterii O. S. B. in Münster-Schwartzach**

**Friedrich Karl <Bamberg, Bischof>**

**Wirceburgi, 1743**

Tragulphus Abbas V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64362](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64362)

licet Christi 1001. Abbatia vacaret; nisi quòd unius adhuc Abbatis mentionem antiquissima monumenta faciant. Erat is

## TRAGULPHUS ABBAS V.

Quem anno reparatæ salutis 912. Monasterii nostri habenas tractâsse ex pervetusto quodam Privilegio comperimus: Quâ autem ratione ad hanc dignitatem evectus fuerit, quàmque laudabiliter eam & præclarè gesserit, quo genere mortis & quando extinctus fuerit, obscurum est; hoc unum compertum habemus, illum, quòd magnâ apud Conradum Imperatorem gratiâ valeret, ex perditis bonis magnam copiam suo Monasterio recuperâsse; quæ tamen sequentibus annis, pro summa temporum illorum calamitate rursus abalienata fuerunt.

